

num est ad scrutandum? Cum enim anniversarius dies secundum mensem solarem, hoc est Kal., unius martiris sive confessoris ^{a)} vel virginis, peccatoris hominis et creature, in ecclesie libris scribitur et honoratur: Creatoris autem et humane redemptionis dubitatur, quis inde non uritur, nisi a quo amatur ^{b)} minus ^{b)}.

Ab Adam igitur usque in presentem, id est in annum 1076. incarnationis iuxta Dionisium huiuscemodi negligentia ^{c)} dolore subtractus ^{d)}, quedam pauca, que in hac inquisitione collegi, iudicandum fratribus donavi non propriis viribus sive verborum astucia aut ingenio confisus, sed Dei adiutorio, ut fraterne caritati conferret saltem ^{e)} aliquid, dum legeretur.

Interposuimus ^{f)} etiam aliqua verba disputationis Dionisii ^{g)} atque epistolam Theophili ^{h)} causa exempli. Cum enim ⁱ⁾ die dominico 15. Kal. Apr. ¹⁾ in anno 54. ^{j)} magni cicli paschalis certum est caput mundi fuisse et incarnationem secundum Dionisium ^{k)} in anno 2. magni cicli constitisse ^{l)}, desunt 230 anni ab inicio seculi indictione 15. usque ad incarnationem iuxta Dionisium ^{m)} indictione 4. Quod damnum quasi emendando secundum evangelistam Lucam ²⁾ interposuimus ⁿ⁾, ut linea recta temporis atque incorrupta ab Adam protenderetur usque in diem presentem. Tantum enim damnum annorum habet hebraica veritas a capite mundi iuxta Bedam usque ad incarnationem iuxta historiam sacri evangelii.

Finit ^{o)} prologus ^{o)}.

Incipit hinc ^{p)} Mariani Scoti cronica clara.

I, 1

Primus liber incipit ab Adam usque ad Christum.

Incipit ^{q)} hinc Mariani Scoti cronica clara ^{q)}.

Incipit epistola Dionisii ^{r)} Exigui ad Patronium episcopum de ratione pascali ^{s)}.

Domino beatissimo et nimium desiderantissimo patri Petronio ^{s)} episcopo Dionisius ^{t)} Exiguus.

^{a)} confessoris V. ^{b)} amatur minus: minus amatur L. ^{c)} negligentia V. ^{d)} subtractus L. ^{e)} saltim V. ^{f)} interpossumus V. ^{g)} Dionissi V. ^{h)} Theophili V. ⁱ⁾ autem V. ^{j)} 16. V. ^{k)} Dionissium V. ^{l)} constetisse V. ^{m)} Dionissium V. ⁿ⁾ interpossumus V. ^{o)} Finit prol. *fehlt* V. ^{p)} hic L. ^{q)} Incipit — clara *fehlt* L. ^{r)} Dionissi V. ^{s)} Patronio V. ^{t)} Dionissius V.

¹⁾ 18. III.

²⁾ Luc. 3, 36 folgt hier der Septuagintaüberlieferung, vgl. oben S. 206.

³⁾ Ed. Krusch, Studien 2, 63 ff.